

col. v. Inc 44 lines
1461

196
19

Incipit Lucii Annei Seneca Cordubensis liber de moribus in quo
notabiliter et eleganter vite mores enarrat.

• Mne peccatum actio est. actio autem omnis voluntaria est
tam honesta quam turpis. ergo voluntarium est omne pecca-
tum. Tolle excusationē nemo peccat inuitus. Educatio et disci-
plina mores faciunt et id unusquisq; sapit quod didicit. Itaq;
bona consuetudo excutere debet quod mala instruxit. Nihil interest quo
animo facias quod fecisse viciosum est quia facta ceruntur. animus ve-
ro non videtur. Nulla autem laus est non facere quod facere non possis.
Quid homini est inimicissimum homo. libenter feras qd necesse est. do-
lor patientia vincitur. Expecta qd nunq; peniteas non q; mult; placeas
sed qualibus stude. In hoc tm incumbere vt libentius audias q; loquaris
Multos vita differentes mors iuncta preuenit. Itaq; omnis dies velut
vltimus intueatur. Tristitiā si potes non admiseris si minus non ostende-
ris. Amicos secreto admoue. palam autem lauda verba rebus non pfo-
nis extimanda sūt. Oratorem te puta si tibi ante omnes qd oportet p sua
seris. vt licentiosa mancipia animi coherce linguam ventrem et libidinē
Quod tacitum esse velis nemini dixeris. si tibi non impasti quomodo ab
alio silentium speras. Ridiculum est aliquem odio nocentis innocentiam
pdere. monstro similis est auaricie scelus. Quid in stulti est qd dici solet
q; via deficiēte viaticum querere vel augere. Omnes infantes terra mu-
dos excipit. Non pudeat te fortius nasci q; viuere quid dulcius q; habe-
re amicum cum quo audeas ut tecum omnia loqui. Magnarū virium est
negligere ledentem. Quid interest q; non habeas nondum es felix si te
turba non deriserit. Si vis beatus esse cogita hoc primum cōcedere no-
li: priusq; promittas deliberes: et cum promiseris facias. Id agas ut ne
quis merito tuo oderit et si nullos inimicos tibi faciet iniuria multos fa-
cit. solitudinem querat qui vult cum innocentibus viuere. Optimus ergo
animus et pulcherrimus cultor dei est. Abstinebis ab alieno matrimonio
prestabis parentibus pietatem. cognatis indulgentiam. omnibus equita-
tem. deuotabis crudelitatem et ministram crudelitatis iram. Non aliter vi-
nas in solitudine: aliter in foro. Nihil peras quod negaturus fuisti. nihil
negabis quod petiturus fuisti. Pacem cum hominibus habebis. cum vi-
tiis bellū. Hoc habet omnis affectus ut in id quod ipse insanit in id pu-
tet etiam ceteros furire. Maximū in eo vitium est qui nō melioribus vult
placere sed pluribus. Vis omnibus esse notus prius effice ut neminē no-
ueris. Bonum est nō laudari et esse laudabilem. Stultum est timere quod
vitare non poteris. Male obtuentur de te homines sed mali. Malis dis-
plicere est laudari. Male de te loquuntur homines. Bene autem loqui ne-
sciunt nō q; merearis sed q; solent ipsi homines de te mala loquuntur mo-
lestum est: sed nō q; mentiantur. Si autem iū merito innocentie mee. nunc
maxime gaudeo. Apparet enim illos vera obiecturos si possunt. nō es in
patria tua. Patria tua est vbicūq; bene es. illud enim per quod bene est

nō est in loco sed in homine nihil magnum nisi magno animo despicias
que sunt maxime diuitie. nō desiderare diuitias. Quis plurimū habet is
qui minimū cupit. Quid est dare beneficium deum imitari. honestū est
cum indicaueris amare q̄ cum amaueris idicare. Dissentis ab alio inci-
piat a te autē reconciliatio. Succurre paup̄tati amicorum imo occurre.
amicos secunde res parant aduerse certissime pbant. Deioza sunt tecta
odia q̄ ap̄erta itaq̄ te minus loquax inimis offendit q̄ tacitū. Agonice
amat qui quod agit ostendit. Elemosina n̄ tam accipientibus q̄ danti-
bus prodest ⁊ spes premii solatium sit labris. Que est maxima egestas
auaritia. Pecunie imperare oportet nō seire. Nullum consciū pecca-
torum tuorum magis timueris q̄ te metipsū. aliū potes effugere te autē
nunq̄. quis est pauper qui sibi videtur. qui multis timetur multos timer
Infelicitatem erige. sub mitte felicitatem infelicitis innocentiam. nequitia
ipsa sui pena est. Mala cōscientia sepe tui est secura nunq̄ libidinis ini-
tia continebit. qui ex ipsa cogitabit. Beneficū accepti nunq̄ obliuisci da-
ti protinus. In honesta victoria est suos uicere sat est penarū potuisse
puniri. inimicitias tarde suscipe. amicitias. exerce moderate. Vanitates
similiter depone. Imago animi sermo est. ualis uir talis oratio. Magna
est res uocis ⁊ silentiū. temperamentū. qu equo animo malis imiscetur
malus est. Neminē laudaueris. neminem cō accusaueris. semper puta te
cum his testimonium uicere. Vitium est omnia credere. vitium nihil cre-
dere. Utendū est diuitiis nō abutendum. Amare sic incipe tanq̄ non li-
ceat desinere. Magnarū rerum etiam si successus non fuerit honestus est
ipse conatus. Nobilitas animi est generositas sensus. nobilitas corporis
generosus animus. Honestior est qui senectutem ad locum q̄ innocū ⁊
tunc incipiat laborare. Turpe spectaculum prebet animus eger nunq̄ sit
tristis facies tibi in cōmodo alteri. Homo sum qui denitabo seculariū
rerum inuidiā si felicitatem iactaueris multis diues eris. quō optime po-
tentiā tuebor. Impotentia occasionis locū tenet innocentie proximū. ubi
confessio ibi remissio. Ire seueritas in uicio est. Boni iudicis est dispen-
sare nō tantū q̄ dammandū sit. sed quia proximus iusticie modus seueri-
tas. Quietissimam uitam agerent homines in terris si hec duo uerba a
natura omniū rerum tollerent meū ⁊ tuum. Qui paupertatē timet timen-
dus est. Uires tuas amici magis sentiant beneficia q̄ iniurias pecunia
nō sariat auariciam sed iritat. ideo semp̄ indiges. pecunia si tibi est cui
ius uisura morbi. mihi crede nō potes esse diues ⁊ felix. Auribus frequē-
tius q̄ lingua utere. Quicquid dicturus es anteq̄ aliis dicito tibi. Nihil
interest inter iratum ⁊ insanum nisi unus dies. alter semp̄ irascitur. alter
semp̄ insanit facillime bonus fueris. si ea uitaueris. Cum alienos timueris
te ipsū uerere nam sepe sine aliis esse potes sine te nunq̄. Si bene te
instrueris pudeat deteriora facere. quid persuaseris. erit dicrum quod co-
gitaueris erit in occasione. Alteri semp̄ ignoscito tibi ipsi nunq̄. Tantum
ad uirtutem adicies quantū ex uoluptate abstraxeris. Stultum est somno
delectari ⁊ quasi mortem moliri. cum somnus assidua sit mortis imitatio

Bonis nocet qui malis parcat multi cum aliis maledicunt sibiipsis ser-
 vitia faciunt nihil turpius quam que obicit alteri quod sibi obiciendum licen-
 tiola mancipia animi imperio redige lingua libidinem ventrem cupidi-
 tatemque comprime si non potes paululum remitte sepe ea que sanari ra-
 tione non poterant sanata sunt tempore. Qui propter pecunie amorem et li-
 bidiuum moritur ostendit se nunquam sui causa visisse. Turpia ne dixeris pau-
 latim enim pudor per verba discentitur. Sic habita ut potius laudet do-
 minus quam domus. Consuetudinaria res est innocentia non damnatio: sed
 causa hominem turpem facit merito pena damnata est damnatio imerito
 est damnari si aliquid cogitaveris cito apparebit conuersantibus. Vide-
 ri vis ab omnibus nunquam bone honestatis simulatio. Quod de alienis tra-
 ctas ex tuis iudices. Multi obligandi pauci offendendi nam memoria be-
 neficiorum facilis est. Inuiriarum obiurgationi semper aliquid blande amisce-
 facilius enim penetrant verba que molli vadunt via quam aspera. Nemo-
 se mutat qui mutari se desperat. Quo cum scribens aliquid dicturus es
 scito morum tuorum te hominibus circographum dare. Qui in seruis iras-
 citur et crudelis est satis ostendit potestate aduersus alienos sibi debuisse
 Qui nescit tacere nescit et loqui facilius est pauperi contemptum effugere
 quam diuiti inuidiam. Bonis finit bona conscientia. Malis hominibus tutis-
 simum est effugere. Nulla pusilla domus que multos amicos capit. Scire
 vti paupertate maxima felicitas. Acuit intentio nimium frangit animum re-
 missio. Nunquam scelus scelere vincendum est. Bonus vir est eo qui eo pdu-
 xit affectu animum ut non tamen peccare non velit sed etiam non possit. Regnan-
 tibus peius multo periculum quam his qui iudicant. Hi enim singulos timet
 illi vniuersos. Numquid fortis fortem se gloriabitur quem corporis effecit
 egritudo infirmum: numquid diues in operibus suis gloriabitur cuius fur vel
 tyrannus abruptit numquid nobilitas gloriabitur effecta nonnumquam indignis
 et miserabilibus seruiens. Diabolus aliquando se gloriabat interfectorem
 tue misericordie nunc intergemescit socios tue beatitudinis. Fugienda sunt
 omnibus modis et abscindenda igni ac ferro totoque artificio separanda.
 Languor a corpore: Imperitia ab animo. Luxuria a mente. A ciuitate se-
 ditio. A domo discordia. A cunctis rebus intemperantia. Dixit quidam ami-
 corum omnia esse communia et amicum seipsum esse alterum. Duorum ten-
 porum maxime habendam curam et eorum que acturi sumus: et eorum que
 gessimus. Post deum veritatem colendam que sola homines diis primos facit.

¶ Finis liber Lucii Anei Cordubensis moralis Senecae de moribus.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Ine 1461

